Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nunq̃ seruum / vnqm̃. Quãdo tu dicis liberi eritis
Ait eis ihs. Amẽ amẽ dico vobis. quia omnis
qui facit pecc̃m seruus est pecc̃i. Seruus aut non
manet in domo in eternum. filius aut manet in
eternum. Si ergo vos filius liberauerit vere liberi eritis
Sed quia filii abrahe estis: sed quãrtis me interficere
quia sermo meus nõ capit in vobis. Ego quod
vidi apud patrem loquor: et vos que vidistis apud
patrem vestrum facitis. Respondeerunt et dixerunt ei. Pa-
ter noster abraham est. Dicit eis ihs. Si filii abrahe
estis opa abrahe facite. Nunc aut quãrtis me interfi-
cere hom̃em qui veritatem vobis locutus sum quam
audiui a deo. Hoc abraham non fecit. Vos fa-
citis opa patris vestri. Dixerunt itaq: ei. Nos ex for-
nicatione nõ sumus nati vnum patrem habemus deum
Dixit ergo eis ihs. Si deus pater vester esset diligeretis
vtiq: me. Ego enim ex deo processi et venio. Neq: enim
a me ipso venio: sed ille me misit. Quare loquelam
meam non cognoscitis? Quia nõ potestis audire
sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis: et desideria
patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio
et in veritate non stetit: quia veritas nõ est in eo. Cum
loquitur mendacium ex propris loquitur quia men-
dax est et pater eius. Ego aut quia veritatem dico nõ
creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato?
Si veritatem dico quare vos nõ credetis mihi? Qui
ex deo est verba dei audit. Off. In conspectu angelorum dabo tibi
canticum in templo sancto tuo et confitebor nomini tuo. Alleluia. Secreta. Sanctifica quãsumus domine per eius
dem hostiam quam meditantibus tibi nobis salutem que
mediantibus institutam tenemus. Per. Com. Panis
quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Ompl. Tuor